



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

5. Cataclysmus aquis, Sodomitæ flammis, alij alijs modis iram in impuros ostenderunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45699**

penis coērcent, omnes sine discrimine cohibeant. Quod si nos omnium animos possunt emendare, impetum tamen lasciuiae possunt comprimere. Quos non facit castos virtus, saltem metus faciet continentes. Sin autem magistratus vel non possunt, vel non volunt hic vigilare, quid mirum est, si veniant undecumque, quigladio, fame, tormentis deliciarum desideria excludant, ut qui moribus non emendantur, mortibus deleantur?

Neque opus est, pluribus confirmare, impudicitiam publicis urbium & regnorū exitijs à Deo puniri. Docuit id totius mundi interitu cataclysmus; docuerunt Sodomorū igniti nimbi; docuerunt cædes Beniamitarū; docuerunt omniū regnorum calamitates. Asia, Græcia, Africa, cùm in manus Barbarorum venirent, vnum erant Iupanar. Ea de causa & Israël, & Inde i ducti sunt in captivitatem. Non tacuit id Ieremias, cuius hæc sunt: *Quis dabit* Ierem. 9. 1.  
*capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarū? & plorabo die a-*  
*nōcte interfectos filios populi mei. Quis dabit me in solitudine diuersori-*  
*m viatorum, & derelinquam populum meum, & recedam ab eis?*  
quia omnes adulteri sunt, cœtus premaricatorum. Ac rursus: *Quid* Ierem. 13. 11.  
*dices, cùm visitauerit te? tu enim docuisti eos aduersum te, & erudiisti*  
*in caput tuum: numquid non dolores apprehendent te, quasi mulierem*  
*parturientem? Quod si dixeris in corde tuo: Quare venerunt mihi hæc?*  
Propter multitudinem iniquitatis tuae renelata sunt verecundiora tua,  
polluta sunt planta tua. Iterumque: *Vnde & ego nudam femora tua*  
*contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua, adulteria tua, & hin-*  
*nitus tuus, scelus fornicationis tua: super colles in agro vidi abominatio-*  
*nes tuas. Statum autem Iudaicæ Reip. qui hæc fieri à Domino,*  
meruit, his verbis indicauit Osee: *In malitia sua letificauerunt re-* Osee. 7. 3.  
*gem: & in mendacijs suis principes. Omnes adulterantes, quasi cliba-*  
*nus succensus aequente. Atque hæc de Hebræis.*

Chaldaeorum vastitas Babylone profecta est, extincta ciuitas, dirutum templum, vasa per hostium manus in fanum Beli deportata. Ita quod Chaldaei scortis peccarunt, Babylonij armis punierunt. Quamquam nec ipsi meliores. Quis enim credat Babylonem gente illa fuisse castiorem? Illa mundi prædatrix, illa omnibus impior, illa meretricum & lenarum regina, illa filiarum & matrum, vxorum & liberarum fuit prostitutrix. Quid ergo

## V.

## VI.